

P R A X E O S
M A T E R N I A N Æ

I N

Morbis internis


PRÆCIPUE.

Gravioribus & Chronicis

S Y N T A G M A,

E X

Adversariis, Consiliis ac Epistolis Ejus,
Summâ Curâ ac Diligentia
Concinnatum.



L O N D I N I,

Impensis *Sam. Smith* ad Insignia Principis
in Cœmeterio D. Pauli, 1690.

CAP. XXVI.

De Scirrho & Cancro Uteri.

Hipp.

Cels.

Licet Medici veri ac rationalis sit, Morbos praesentes curare, futuros praecavere, incurabiles non attingere, ne infamentur remedia quae multis fuere salutis: quoniam tamen *satius est anceps ac dubium experiri praesidium quam nullum*, & Christiana charitas nos vetat aegris opem poscentibus denegare auxilium, Patientis voluntati mos gerendus est, eaq; praescribenda quae terribissimam dirissimi morbi hydram leniant saltem, si non extinguant & averruncant.

Hipp.

Cancros occultos (id est, vel non apertos, vel Uteri) non tangere melius: si enim tangas, moriuntur citius; si non tangas, diutius perdurant.

Nobis in
dorsu inde.

Hoc affectu laborantes saepe conqueruntur de dolore *Lumborum & dorsi* ob Nervos qui a medulla spinali orti in uterum implantantur. At cur pars spinæ superior dolet, inquires? Nota, nervorum dissectionem & divisionem fieri in partibus superioribus, (ita ut medulla spinalis sit instar caudæ equinae) licet e spina prodierint in inferioribus;

inferioribus; dolor autem ad originem usq; extenditur.

Ventriculus itidem saepissime nausea vomitūq; afficitur per consensum ob sextum par nervorum quod utriq; parti inseritur.

Si vires consent, *purgetur* pil. ex fol. *Purgatio.* fennæ, tartaro chalybeato, pulvere rhabarb. jalap. exceptis extractis rhei, fennæ & absinth. Ad massæ hujusmodi ℞. add. gr. x, xij, xv vel xx. pulv. calomel. At in istis non properandum, nam generosa remedia validas vires postulant.

Si blandius purgare velis, detur ptisana laxans clarificat. ex fenn. ℥ij. pulp. tamarind. ℥j. pulp. cassiæ ℥vj. vel maun. ℥j. f. potio ut artis est. Aut detur dilutum cassiæ solum, factum cum ptisana, & saepius per pannum trajectum. Conveniant etiam syr. de pomis solutivus, de epithymo Augustanus, violarum solutivus, &c.

Clysteres, sive ad purgandum, sive ad *Clysteres.* discutiendum, sive deniq; ad leniendum dolorem injiciantur, in parva sint quantitate.

℞ juris omasorum ℥iiij. vin. muscatell. ℥ij. infus. croc. metal. ℥iiij. sal. gemm. ℥j. f. *clyster* (in scirrho) purgativus.

Clyster, cui incoherint plantago, solanum, papaver erraticum, agrimon. herba

F f

Roberti,